

REMISSIONES  
DOCTORVM  
DE OFFICIIS PVBLICIS,  
IVRISDICTIONE, ET ORDINE  
IVDICARIO.

IN LIBRVM PRIMVM, SECVNDVM, ET TERTIVM ORDINATIONVM Regiarum Lusitanorum, cum concordantijs vtriusque Iuris, legum Partitarum, Ordinamenti, ac noue Recopulationis Hispanorum.


ACCESSERE CASTIGATIONES ET ADDITAMENTA ad Remissiones libri quarti, & quinti Ordin. Reg.

AD ILLVSTRISSIMVM AC REVERENDISSIMVM D. D. Alphonsum Furtado de Mendoca Archiepiscopum, & urbis Brachara Dominum, Hispaniarum Primatem dignissimum, &c.

AUCTORE EMMANVELE BARBOSA IVRECONSULTO Lusitano, opera & diligentia P. Augustini Barbosa Prefbyteri Vimarancensis, & Auctoris filij,



*Spec. Collectio  
La Universidad*



*Lib. M. Mag. de  
la*

*Cum facultate Sanctae Inquisitionis, Ordinarij, & Regis.*

VLYSSIPONE. Typis Petri Craesbecck, Anno Dñi 1620,



Barbosæ effigiem refero Emmanuelis, in illa,  
Et forma. & facies sunt tibi nota senis.  
Septenos decies postquam compleverat annos,  
Natalis repetens tempora prima sui.  
Hæc variis dispersa locis, quæ scripserat olim,  
In lucem prodeunt gnati operata manu.





REMISSIONES DOCTORVM  
IN LIBRVM PRIMVM ORDINATIO-  
NVM REGIARVM LVSITANORVM  
IN REFORMATIS,

In antiq.  
tit. 1.

Ad tit. i. Ordinationis Regiæ.

*Do Regedor da casa da Supplicação.*



**D**E Rectore iustitiæ Senatus Supplicationis agit latè Cabed. p. 1. decis. 1. cum seq. Gam. decis. 1. num. 16. vbi dicit in Regno Franciæ, Cancellarium præferri omnibus alijs officialibus Regni, sed ab ordine scripturæ in hoc Regno ei præferri Præfectum prætorio, à priore enim nominatione maior, potiorque dignitas arguitur ex Glor. in cap. Beno quidem 96. dist. & in cap. Sedes de Rescript. cū alijs, de quibus per Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Testamentum o. 2. n. 28. & in q. de Canoniatu nu. 9. Tiraq. de iure primog. q. 19. num. 2. Cald. Pereira de Nominat. q. 10. num. 44. cum sequentibus.

*Ad Princip. Ordin. Regiæ.*

Rector de-  
bet proce-

In text. ibi (que seja homem fidat.)

go) Nota quod Rector Senatus Supplicationis, seu Præfectus prætorio debet procedere ex nobili familia. Vide Gam. decis. 1. n. 19. Cabed. p. 1. decis. 2. n. 1. Ad gubernationes enim, & officia publica Reip. nobiles sunt eligendi, vt pluribus, tam iuris diuini, quam humani auctoritatibus latè cōprobāt Tiraq. de Nobilit. cap. 20. Azeued. ad rub. tit. 2. n. 18. cum seqq. lib. 6. nouæ Recop. optimè Bobadil. in sua Politica lib. 1. cap. 4. à princip. Fr. Ludou. Mitand. de Ordine iudic. q. 4. art. 5.

2 In text. ibi (de sua consciencia) Vi-  
de semper auctoritatem D. Chryso-  
stomi in sermone Ioannis Baptistæ.  
ibi, facile deuiat à iustitia, qui in cau-  
sis non Deum, sed homines perti-  
mescit, quam refert Bobadil. d. lib. 1.  
cap. 3. n. 51. & Diuum Ambros. serm.  
20. super Psalmo 118. de iudice ti-  
mense Deum dicit, quod iudex qui  
timet Deum ingenij sui demeritur  
vices,

A vices,

C A S T I G A T I O N E S

E T

A D D I T A M E N T A

A D R E M I S S I O N E S L I B R I  
Q V A R T I E T Q V I N T I O R D I N .

R E G I A R V M .

*I N Q V I B V S P R A E T E R M I S S A E  
D o c t o r u m r e s o l u t i o n e s , & n o n n u l l a e r e r u m c i v i l i u m , &  
c r i m i n a l i u m i n S e n a t u S u p p l i c a t i o n i s t r a c t a t a r u m  
d e c i s i o n e s d i l u c i d e c o n t i n e n t u r , & s u i s i n l o -  
c i s s u c c i n c t e a d a p t a n t u r .*

A D I L L V S T R I S S I M V M E T R E V E R E N D I S -  
s i m u m D . D . A l p h o n s u m F u r t a d o d e M e n d o ç a A r c h i e p i s -  
c o p u m , & v r b i s B r a c h a r a e D o m i n u m , H i s p a n i a r u m  
P r i m a t e m d i g n i s s i m u m , & c .

P E R P . A V G V S T I N V M B A R B O S A  
P r e s b y t e r u m V i m a r a n e n s e m .

*Cum facultate Sanctae Inquisitionis, Ordinarij & Regis.*

---

V L Y S S I P O N E .

Ex officina Petri Craesbeeck.

Anno Dñi 1620.

CASTIGATIONES, ET ADDI-  
TAMENTA AD REMISSIONES  
ORDINAT. REGIÆ LIBRI QVARTI,  
ET QVINTI COLLECTÆ.

PER AVGVSTINVM BARBOSA  
Presbyterum Vimaransensem, & Au-  
ctoris filium.

*Incipit liber quartus.*



*D. tit. 1. §. 1. nu. 3. adde*  
Pinel. in Rub. l. 2.  
Cod. de Rescind.  
vendit. p. 2. cap. 1. nu.  
7. Bernard. Grauz.  
ad Practicam Ca-

meræ Imper. lib. 1. concl. 108. num. 6.  
resoluit quòd in mutuo vbi proba-  
ta fuerit numeratio per testes, quan-  
titas, seu summa mutuo datæ pecu-  
niæ iureiurando suppletivo per ip-  
summet agentem probari potest, &  
Stephan. Gratian. Discept. Forens.  
cap. 144. num. 45. resoluit iuramen-  
tum in supplementum solùm dari  
circa probationem quantitatis, si  
priùs constaret de substantia debiti,  
& reus qui substantiam dolosè  
negavit cõuictus de mendacio pro-  
bata postea per actorem dicta sub-  
stantia, poterit probare quanti-  
tatem per iusiurandum, ex Me-  
noch. conf. 81. n. 19. asserit Stephan.  
Gratian. Discept. Forens. cap. 109.  
nu. 59. Vnde iuramentum in litem  
deferendum est, quando actor dicit  
mutuasse certam quãtitatem, putà  
mille, non tamen illam probat, sed  
testes deponunt vidisse numerare

reo pecuniam, nescire tamen illos  
quantitatem, Ioseph. Ludou. Perus.  
decis. 100. nu. 2. & 3. Pereg. conf. 71.  
n. 11. vol. 1. Borrel. in Summa decis.  
tit. 54. n. 35.

*2. Ad §. 1. n. 7. adde: emptio, & vè-*  
ditio valet, si pretium in alterius cer-  
tæ personæ arbitrium conferatur,  
veluti quanti Titus rem æstimaue-  
rit tanti sit empta, & huiusmodi cõ-  
tractus propriè non dicitur condi-  
tionalis, sed simpliciter est absolu-  
tus, nondùm completus, atque per-  
fectus, eo quòd nullum sit pretium  
quousquè à tertia illa persona defi-  
niatur, sed si ille qui nominatus est,  
vel noluerit, vel non potuerit pre-  
tium definire, nullius momenti in-  
telligitur venditio, quasi nullo pre-  
tio constituto. Ita l. ult. Cod. de Con-  
trah. empt. §. Pretium Instic. eod. l. 2.  
ff. eod. Cardin. Mantica de tacitis,  
& ambig. conuent. lib. 4. tit. 19. n. 19.  
P. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 337.  
n. 8. & 9. resoluit hinc sequi non so-  
lùm non deberi gabellam antequàm  
pretium constitutatur, sed etiam con-  
stituto pretio non retrorahi debi-  
tum tributi illius ad tempus, in quo

A facta